

Instituto Societatis Iesu 1625
REGULÆ

SOCIETATIS

JESU.

AUCTORITATE

Septimæ Congregationis Generalis
auctæ.



ANTVERPIÆ

Apud JOANNEM MEURSIUM.

M. DC. XXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

RELIGIOSOS SOCIETATIS.



*U*id novi habeat hæc editio, quoniam id desiderari posse intelligebam, paucis hoc loco monendum censui.

Accesserunt enim primùm quidem Regulae Scholasticorum Societatis, & Coadjutorum temporalium; quæ antehac seorsim excusæ, nondum in commune hoc Regularum volumen relatæ fuerant. Deinde pluscula quoque alia variis passim, tum Superiorum, tum aliorum Regulis, ex VII. Congregationis Decreto XCIII. nuper adjecta. Nam cum ex nonnullis partim Quintæ, partim Sextæ, Instructionibus, quas in posterum ad directionem tantummodò retineri voluit, excerpta quædam fuissent, & Congregationi

SUMMARIUM

E A R U M

CONSTITUTIONVM,

Quæ ad spirituales Nostrorum institutionem pertinent, & ab omnibus observanda sunt.

I.



VAMVIS summa Sapiencia & bonitas Dei Creatoris nostri ac Domini sit, quæ conservatura est, gubernatura, atque promotura in suo sancto servitio hanc minimam Societatem IESU, ut eam dignata est inchoare; ex parte verò nostrâ interna caritatis & amoris illius lex, quam sanctus Spiritus scribere, & in cordibus imprimere solet, potius quàm ullæ externæ Constitutiones, ad id adjutura sit; quia tamen sua vis dispositio Divinæ providentiæ suarum creaturarum cooperationem exigit, & quia Christi Domini nostri Vicarius ita sta-

*Constitutio-
num necessi-
ta.
In proce,
Constit. 5.1*

*Constitutiones
ac regula ob-
servanda &
legenda.*

P. 10. S. 13.

52 Omnes demum observationi Consti-
tutionum studeant: ad quam easdem scire, sal-
tem quæ ad quemlibet pertinent, necesse est.
Quare legere vel audire easdem singulis men-
sibus oportebit.

R E G U L Æ

C O M M U N E S.

*Examen con-
scientiæ, ora-
tio, & lectio.*

P. 4. C. 3. S. 3.
& 4.

1 SINGULI præfinitum sibi tempus suæ
conscientiæ bis quotidie examinandæ,
orationi, meditationi, lectionique impen-
dant cum omni diligentia in Domino.

*Sacram &
concio.*

P. 4. C. 4. S. 3.
& 4.

2 Omnes quotidie Sacro decenter inter-
sint: & concionem, lectionemve sacram, cum
in templo nostro habebitur, audiant.

Confessio.

P. 3. S. 1. S. II.
& P. 6. C. 3. S.

2. & in Bul. 3.
Pauli III.

3 Singuli statuto die, & assignato sibi Con-
fessario confiteantur, & non alteri sine Super-
ioris facultate.

*Quid sit reno-
vatio voto-
rum.*

P. 4. C. 4. S. 5.
& C. 10. S. 5.

& P. 5. C. 4.
S. 6. & Exa.

C. 4. S. 33. &
41.

4 Omnes (qui Professi, aut formati Co-
adjutores non sunt) bis in anno sua vota reno-
vabunt, præmissâ confessione generali; quo
tempore rationem suæ conscientiæ reddent,
& quoties etiam Superiori visum fuerit, juxta
morem Societatis.

Abstinentia.

5 In abstinentiâ sextæ feriæ, Societatis con-
suetudo servetur.

EPISTOLA

S. P. N.

IGNATI

DE VIRTUTE

OBEDIENTIÆ.

Ignatius Lojola Fratribus Societatis Jesu, qui sunt in Lusitaniâ gratiam, & amorem Christi Domini sempiternum.

I MAGNAM animi voluptatem capio, Fratres in Christo carissimi, cum affertur ad me, quàm acri studio conatuque ad summam virtutis, ac Divini obsequii perfectionem enitamini; beneficio illius, qui vos ut ad hoc vitæ institutum vocavit, sic in eodem pro suâ clementiâ retinet, dirigitque ad beatum finem, ad quem, qui sunt ab ipso electi, perveniunt.

2 Atque ego sanè, cum vos omnibus donis
orna-